

*ficibus Successoribus Suis ; ac consequenter  
 proprietas eorundem bonorum, redditus, &  
 jura iis inhaerentia immutabilia penes ipsos  
 erunt, atque ab ipsis causam habentes.*

### *Articulus XVII.*

*Districte prohibetur quidquid sive verbo,  
 sive factis, sive scriptis tendit ad bonos mo-  
 res corrumpendos & ad contemptum Catholi-  
 cae Religionis ejusque Ministrorum.*

### *Articulus XVIII.*

*Clerus a quolibet servitio militari exem-  
 ptus erit.*

### *Articulus XIX.*

*Sanctitas Sua cognoscit in Praeside Rei-  
 publicae Italicae eadem jura, ac Privilegia  
 quae in Majestate Imperatoris, uti Duce  
 Mediolani agnoscebat.*

### *Articulus XX.*

*Quod caetera vero res Ecclesiasticas spe-  
 ctantia quorum nulla expressa mentio in his  
 articulis facta est, manebunt omnia, & ad-  
 ministrabuntur juxta vigentem Ecclesiae di-  
 sci-*